

qvæ insinuasse hactenus sufficiebat Servatori, ea deinceps
Apostoli copiosius affirmaverunt; *Paulus Rom. XIV, 14.*
Nos autem novimus & per vasum habemus per Dominum JESVM
(en ut provocet ad illa Christi) nibil esse impurum per se, sed
ei, qvi existimat aliquid impurum, id ei impurum est. Ita nulla Annal. T.
opus traditione, qva si metur concessio libertatis cibariæ, VIII. A.C.
ut vellent alias Pontificii, qvos ex Baronio erudite, ut solet,^{1692. sct.} ^{30.}
confutat *Rivetus*, qvando respondendum illis dicit, qvod *Isag.* ad
Cardinalis Patribus Concilii VI. oecumenici, speciali ca- script.sacr.
none usu suffocatorum prohibentibus; Ille vero ita: *Cano-* c. 16.
nem LXX. statuunt de suffocatis non comedendis, vel ex hac parte
judaizantes, dum qvod in primitiva illa Ecclesia ad conjungendos
simul credentes cum Judeis jam Christianis Apostoli preceperunt,
isti in perpetuum servandum esse sanxerunt, non secus ac si quis
virum quemlibet semper lacte esse nutriendum contenderet, quod
eidem infanti sugendum fuit propinatum. Qvod si dicant id
ipsum reverentia Apostolorum servandum esse; certe universam
Catholicam Ecclesiam jam senescentem iis vinculis modo alligare
quis non censeat esse dementia? Cum praestet Apostolico Spiritu
libertatem indictam seqvi, ut non manducans manducantem non
spernat, & manducans minime spernere debeat non manducantem.
Et qvam copiosa est sententia ejusdem gentium Doctoris?
I. ad Cor. VIII, 8. & Coloff. II. Nemo vos dijudicet in cibo aut
potu, qvod in exemplo declaratur obfirmati fidelis πιστευ-
τῷ Φαγεῖν πάντα, Rom. XIV, 2. & iterum ex alio argumen-
to I. Tim. IV. quod rejiciendum non sit, qvod cum gratiarum
actione accipiatur. Nec vero, ut rectissime Cl. Bartholinus,
sensit, sui conciliive Hierosolymitani immemor poterat
esse Apostolus, qvi regula & consilio Concilii ad tempus
valituro nolebat vinculum injectum libertati. Petro au-
tem monstrata cœlitus omni terræ cœlique animantia cum
mandato mactationis & efsus non aliter illustrant escariam
libertatem, ac fudo cœlo Sol viorem agrorum illuminat,
*Ad. X, 11. seq. Videantur verba mandati; *Surge Petre, macta**& vescere; Excipiente Petro; Nequaquam Domine; qvia nun-*
quam comedi qvicquam commune vel immundum; vox iterum
*decla-**